Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 2277
Quelle:
Copyright:

neri Bibliotheca, quae etiam alios labores literarios a *Philippo Dobereiner* S. T. D. et Canonico *Monacensi* susceptos enumerat. His adde e Bibliotheca nostra Palat. *Ant. Hemertii* traductum *Christlichen Trostspiegel. Dilling.* 1565. 8. et *Conclave Animae. ibid.* 1570. 8. quod est *Blosii.* Quod teste *Gesnero* contra *Viretum* de sacrificio Missae scripsit Opusculum, germanice insignitur: *Der Caluinisten Kebrab.* Μεταφρασην nostrum etiam *Cod.* CCCCLXXV. reperies.

DXCIX.

670 Codex chartaceus hisp. Sec. XVI. Folior. 142. 4. manu difficili et fortasse feminea exaratus constat *Epistolis* XLII. sive potius Documentis ad Vitae christianae Perfectionem opportunis, nullo certo ordine digestis, ut ex inscriptionibus liquet, quarum I. est: *Consideracion de donde procede el temor de la muerte en las personas pias y que es sennal de predestinaçion contentarse el ombre, que aya otra vida.* II. *Avisos para no sentir las enfermedades corporales.* III. *Con que intento se a da yr a la santissima comunion.* IV. *La doctrina de la prudencia umana acerca la providencia de Dios aze a los ombres impios, y que la doctrina del spiritu sancto los aze pios* &c. Postrema est: *Que solos los pios sienten la tentaçion a que fin son tentados, con que generos de tentaçiones, y como se han de gouernar en ellas.* Fortassis ad *Teresiam* Virginem, aut *Johannem a Cruce*, aut *Joh. de Avila* pertinent, sed nulla Personarum, Locorum aut Temporum adsunt indicia, neque inter horum Scripta, quae typis vulgata sunt, censentur.

DC.

Codex chartaceus hisp. Sec. 648
XVI. Folior. 438. 4. complectitur sequentia: I. *Dialogos* IV. Morales, quorum Primus inscribitur: *Comiença el Primer Dialogo. Entre los dos studiantes Prudencio y Didimo, que es el, que quedo començado en la Primera parte desta Obra. Estos dos Estudiantes aviendo mirado lo que avian de tratar, cuenta cadauno lo que ha visto y hallado en la* Torre de Dauid, *y asi sennala Cadauno dellos el estado aque mas se afficiona, declarando en esta Platica muchos Pasos dela Sagrada Scriptura.* Ex hac porro Inscriptione conficio *Codicem* hunc secundam esse Partem Operis dicti *Turris David*, cujus Autorem reperio F. *Hieronymum de Lemos Segoviens.* O. S. *Hieron.* Coenobii *del Parral*, qui illud latine compositum morte a. 1563. praeventus teste *Nic. Ant. Bibl. Hisp. Novae* T. I. p. 445. in schedis reliquit, a quodam dein Sodali ejus *Hieronymiano* hispanice redditum, *male*que, ut idem ait, *consutum* typis vulgatum *Salmanticae* 1567 et 1578. 8. Sodalis hic fuit F. *Balthasar de Toleto* Vicarius memorati Coenobii.